



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxiii. De induciis & pace.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

sedem adeant, præcipitor. Ibi ius suum prosequuntur. si succumbent: parti alteri in expensas condemnantur.

Patriarcha autem in iuramento à suffraganeis suis exigendo ea forma qua Ro. Pontifex in coepiscopis ipsi immediate subditis, contentus esto. Si præter eam iuramentum exiget: etsi consuetudinem prætetendat, his articulis episcopus ne tenetur.

Quos ordinis sacri conlatione Ro. Pontifex honoravit, ipsorum episcopi inter alios sibi subditos eis deferunt. non tamen per hoc ipsi ab obedientia, quam aliàs episcopis suis debent, absoluti sunt.

Sed & qui prius ordinatus erit, ipse prior & maior habetur. Hæc honoris distinctio esto.

Qui tamen aliàs in ecclesia maior erit ordine, etsi postea receptus erit, in portione percipiunda potior esto. Presbyteri primum, diaconi secundum, hypodiaconi tertium locum tenent. Minores seruitia consueta faciunt.

*De induciis, & pace. Tit. 33.*

**E**PISCOPUS omni trepidatione seposita ad pacem firmiter tenendam mutuam sibi opem consilium adferunt, hoc nullius amore odio prætermittunt. si quis in hoc tepidus erit: damnus propriæ dignitatis incurrit. Ut induciæ a quarta feria post occasum solis ad secundam usque feriam in eius ortu ab aduentu domini usque ad octavas epiphaniæ, & a septuagesima us-



## De Pactis.

que ad Octauas Paschatis inuiolabiliter obseruentur, præceptum esto. si franget quis, neque post tertiam admonitionem satisfaciet: episcopus in eum sententiam excommunicationis dictato. scribta vicinis episcopis adnunciato. hanc quisque eorum confirmato, nullusque excommunicatum in communione recipito. si quis hoc violasset: ordinis sui periculo subiacteto.

2. *Inno-*  
*mus.*

Presbyteri, monachi, conuorfi, peregrini, mercatores, rustici euntes, redeuntes, agros colentes, & animalia quibus arabunt, & ad agrum semina portabunt, etiam in bello securitate lætantor. Pax seruatur.

### De Pactis. Tit. 34.

1. *Anti-*  
*gonus.*  
3. *Quali-*  
*ter.*

6. *Cum*  
*clerici.*

5. *Acce-*  
*pimus.*

8. *Pactio-*  
*nis.*

**P**ACTA custodiuntor.

Quæ promittuntur, opere complentor.

Nemini tamen quò facilius ecclesias indipi-  
scatur decedentibus earum personis, pensiones  
ipsarum maiores soluere pacisci liceto. qui se-  
cus faxint, ecclesiis ipsis spoliator, seueritate ec-  
clesiastica puniuntor.

Cum item ecclesiæ concedentur, si vt alii no-  
minatim succedant, conueniet: friuolum & ina-  
ne esto.

Etenim in spiritualibus omnis omnino pa-  
ctio, conuentio cessato. pro iis obtinendis si quæ  
facta erit, aut in aliis si quæ conuentiones obser-  
uatae vergent in animæ detrimentum: nullius  
momenti sunt. turpe vel rei turpis, aut impos-  
sibilis de iure vel de facto pactum nullam obli-  
gationem inducito.

Ideoque